



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LVIII. Rudolph, Propst in Salzwedel, bekundet, wie Propst und Convent des
h. Geistes zu Salzwedel zwei Perwersche der Marienkirche daselbst
gehörige Hufen besitzen, am 22. November 1304.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

plantare et plantatam fouere modis omnibus tenemur tam pias predecessoris nostri et Marchionis sepedictorum donationes factas approbantes et in nomine domini confirmantes, honorabili viro Wilkino, preposito, prelibati monasterii Hospitalis nomine suo et conuentus sui pretaxatam ecclesiam cum omnibus iuribus suis et pertinentiis perpetuo assignamus possidendam, ipsum de eadem per annulum nostrum inuestimus, ipsam sicut alia bona sui monasterii cum omnibus libertatibus et iuribus suo monasterio incorporantes et decernentes quoslibet turbatores eorum in dicta ecclesia censura ecclesiastica compescendos. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Verde, anno domini millesimo trecentesimo tertio, XVI. Kal. Octobris.

Gerfen's Dipl. I., 285, 286.

LVII. Bischof Friedrich von Verden weiht den Altar Johannis des Täufers in der Marienkirche zu Salzwedel und dotirt denselben mit dem halben Wendischen Dorfe Neuendorf, am 25. Februar 1304.

Fredericus, dei gracia verdenfis Ecclesie Episcopus, vniuersis crisi fidelibus prefens scriptum visuris uel auditoris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Notum esse volumus omnibus harum inspectoribus uel auditoribus litterarum, quod nos diuina cooperante nobis clementia consecrauimus altare sancti iohannis baptiste in Ecclesia beate marie virginis in Ciuitate Saltwedele, Apposita conditione tali, quod medietas Niendorpe, ville Slaicalis, omni iure ad altare pertineat memoratum, In vniuersos et singulos prefatum altare in suis rebus et redditibus inipugnantibus aut aliquo modo inpedientes sententiam excommunicationis in hiis ferentes scriptis sicut et in consecratione dicti altaris tulimus in eisdem. In Cuius rei testimonium presentem litteram iussimus sigilli nostri munimine roborari. Datum saltwedele, Anno domini M^o. CCC^o. Quarto, V kal. Marcii.

Nach dem Orig. des Salz. Archives XIV, 7.

LVIII. Rudolph, Propst in Salzwedel, befundet, wie Propst und Convent des h. Geistes zu Salzwedel zwei Perwersche der Marienkirche daselbst gehörige Hufen besitzen, am 22. November 1304.

Nos Rodolfus, dei gratia prepositus in Soltwedele, presentibus publice protestamur, quod Albertus, prepositus S. Spiritus, extra muros Soltwedel et conuentus ibidem possident et habent duos mansos in campo Perwer pro annua pensione, videlicet unius chori siliginis cum dimidio et dimidio choro auene, pertinentes ad ecclesiam B. Marie in Soltwedel proprietatis titulo cum omnibus attinentiis, pertinentiis et iuribus eorundem, quorum hereditatem a vasallis predicte ecclesie B. Marie et prepositi in Soltwedel emerunt vacuos sine quolibet femine pro XIV. talentis Brandenb. denariorum et XX. Marcis cum una ejusdem monete argenti. Quos mansos si

nos Rodolfus nunc prepositus siue nostri successores in sepedicta ecclesia pecuniam antedictam pro hereditate traditam dicto preposito vel conuentui reddere decreuerimus, ex tunc dicti mansi sine quolibet femine ut supradictum est cum omnibus iuribus predictis ad ecclesiam predictam in Soltwedel et prepositum omni cessante impedimento et proculmota qualibet contradictione de- uoluentur et in perpetuum pertinebunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duxi- mus apponendum. Testes vero sunt dominus Gherardus de Walstoue, dominus Zabellus plebanus de Veloue, Johannes Hartuici, Thidericus Godescalci, Johannes Stefowe, Thidericus Hartuici et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M^o. CCC^o. quarto, in die B. Cecilie virginis gloriose.

Gersfen's Dipl. I., 287, 288.

LIX. Das heilige Geist-Kloster zu Saltwedel bekundet den Empfang einer Schenkung und seine dafür übernommene Verpflichtungen, am 21. October 1305.

Ad futuram rei geste memoriam, Nos Albertus, dei gratia prepositus, Johannes, prior, totusque conuentus monasterii Sancti Spiritus extra muros Saltwedele recognoscimus publice literas per presentes, quod per donationem piam dilecti nobis Hinrici pellificis, intra septa nostre curie nobiscum demorantis, recepimus XL. marcas Brandenburg. argenti, pro quarum recompensatione debita nos obligauimus in una missa in perpetuum ad altare sancte crucis in nostra ecclesia pro salutis sue et suorum remedio diebus singulis celebranda. Quod si forte casibus inopi- natis superuenientibus sine causa rationabili facere nollemus aut etiam non possemus, Consules civi- tatis Saltwedel, qui pro tempore fuerint, eidem altari pro missa celebranda in sacerdote ydoneo prouidebunt, cui sacerdoti durante sue ministrationis tempore nos annis singulis dabimus IV. choros siliginis de prouentibus nostre curie in Perwer, eadem pecunia pro parte comparatis, donec nos nostris successores decreuerimus ejusdem altaris officium seu celebrationis ministerium reassumere, ad quod faciendum nobis nostrisque quocumque valuerimus facultas libera permanebit. Ceterum repromittimus, si prememoratum Henricum post festum sancti Martini mori contigerit et VI. choros siliginis quos eidem annis singulis de nostra ecclesia damus non perceperit, nos illos semel VI. da- bimus claustris videlicet Medinge, Ysenhagene, Distorpe, Arnesse, Creuese et Sehufen, ita quod cuilibet monasterio unum demus tantum. Si vero jam dictos VI. choros idem Hinricus perceperit seu ipse ante festum Sancti Martini mortuus fuerit, tunc illos de suis bonis ubicunque ea habuerit, sumere debemus et jam dictis VI. claustris cuilibet unum presentabimus. In cuius dona- tionis et repromissionis euidentiam sigilla nostra tenori presentium sunt appensa. Actum anno domini M^o. CCC^o. V^o. in die undecim Milium virginum.

Nach dem Originale des Salz. Archives XXXV, 30.